20

non ē ſepultus. Qui autē peccare
conſueuit ſepultuſ ē. et bene de illo
dicitur. fetet. Incipit enī habere peſ
ſimā famā. tāquā odorē teterrimū.
Taleſ ſunt om̄ſ aſſueti ſcelerib; ꝑdi
tiſ morib;. Dicis eiſ noli facere. qn̄
te audit quē terra ſic premit. et tabe
corrūpit. et mole conſuetudinis pre
grauat. Nec ad ipſū tam̄ reſuſcitan
dū minor fuit uirtuſ xp̄i. Nouimus.
uidim᷒. cotidie uidem᷒ homineſ peſ
ſima conſuetudine ꝑmutata. uiuere
meliuſ quā uiuant qui rep̄hende
bant. Detestabariſ hominē. ecce
ipſa ſoror lazari. ſi tam̄ ipſa ē quę
pedeſ dn̄i unxit unguento. et terſit
capilliſ ſuiſ. quoſ lauerat lacrimis.
meliuſ ſuſcitata ē quā fr̄ eius. De
magna male conſuetudiniſ mole
liberata ē. Erat enī famoſa pecca
trix. et de illa dictū ē. Dimittunt
ei peccata multa. qm̄ dilexit mltū.
Uidem᷒ multoſ. nouim᷒ multos. Ne
mo deſpet. nemo de ſe preſumat.
Et deſpare malū ē. et de ſe preſume
re. Sic noli deſpare. ut eligaſ deq̄
debeaſ preſumere. Ergo et dn̄s
lazarū ſuſcitauit. audiſtiſ qualem.
id ē quid ſignificet lazari reſurrec
tio. Legam᷒ itaq; iā. et qm̄ multa
in hac lectione manifeſta ſunt. ex
poſitionē in ſinguliſ n̄ queram᷒. ut
neceſſaria ꝑtractem᷒. Erat autē qui
dā languenſ lazaruſ a bethania.
de caſtello marię et marthę. In ſupi
ori lectione meminiſtiſ. quod dn̄s
exiit de manib; eorū qui lapidare
illū uoluerāt. et diſceſſit tranſ ior
danē. ubi iohs baptizabat. Ibi ḡ
dn̄o conſtituto. infirmabatur in be
thania lazarus. Quod caſtellū erat
ꝓximū ieroſolimiſ. Maria autē erat
quę unxit dn̄m unguento. et exter
ſit pedeſ eiuſ capilliſ ſuis. cuiuſ fr̄
lazaruſ infirmabat. Miſerūt ergo
ſororeſ eiuſ ad eū dicentes. Iam in
telligim᷒ quo miſerūt. ubi erat dn̄s.
qm̄ abſenſ erat. Tranſ iordanē ſcili
cet. miſerūt ad dn̄m. nuntianteſ qđ
egrotaret fr̄ eorū. Ut ſi dignaretur
ueniret. et eū ab egritudine liberaret.
Ille diſtulit ſanare. ut poſſet reſu
ſcitare. Quid ergo nuntiauerūt ſoro
reſ eius. Dn̄e ecce quē amaſ infir
matur. Non dixerūt ueni. Amanti
enī tantūmodo nuntiandū fuit. Non
auſę ſunt dicere. ueni et ſana. Non
auſę ſunt dicere ibi iube. et hic fiet.
Cur enī non et iſte. ſi fideſ illius
centurioniſ inde laudat. Ait enī.
Non ſū dignuſ ut intreſ ſub tectū
meū. ſed tantū dic uerbo. et ſana
bitur puer m̄s. Nichil horū iſte ſed
tantūm̄. dn̄e. ecce quē amaſ infir
matur. Sufficit ut noueriſ. n̄ enim
amaſ. et dēſeris. Dicit aliquiſ. Quo
modo ꝑ lazarū peccator ſignifica
batur. et a dn̄o ſic amabatur. Au
diat eū dicentē. n̄ ueni uocare iu
ſtoſ. ſed peccatores. Si enī peccato
reſ dn̄ſ n̄ amaret. de celo ad terras
non deſcenderet. Audienſ autē ihs
dixit eis. Infirmitaſ hęc n̄ ē ad mor
tē ſed ꝓ glā dī. ut glorificet filius
dei ꝑ eā. Taliſ glorificatio ipſiuſ n̄
ipſū auxit. ſed nobiſ ꝓfuit. hoc ḡ
ait. non ē ad mortē. Quia et ipſa
morſ n̄ erat ad mortē. ſed potius
ad miraculū. quo facto crederent
homineſ in xp̄m. et uitarent uerā
mortē. Sane uidete. quē admodū
tāquā ex obliquo dn̄ſ dm̄ ſe dixit.
ꝓpt̄ quoſdā qui negant. Nā ſūt
heretici qui hoc negent. quod filiu᷒
dī ſit dſ. Ecce audiant. Infirmita᷒
ergo hęc inquit. non ē ad mortē.
ſed ꝓ glā dī. Qua glā. Cuiuſ dei.
Audi quod ſequitur. ut glorificet
filiuſ dī. Infirmitaſ hęc ergo inqt
non ē ad mortē. ſed ꝓ glā dī. ut
glorificet filiuſ dī ꝑ eam. Per quā.
Per illā infirmitatē. Diligebat
autē dn̄ſ ihs marthā. et ſororē ei᷒
mariā. et lazarū. Ille languens.
ille triſteſ. om̄ſ dilecti. ſed dilige
bat eoſ. et languentiū ſaluator.
immo etiā mortuorū ſuſcitator.
et triſtiū conſolator. Ut ergo au
diuit quia infirmatur. tunc quidē
manſit in eodē loco duob; dieb;.

License: cc-by – Sansepolcro, Archivio Storico Diocesano, Archivio Vescovile, Pergamene, busta 3, n.20, verso – Augustinus Aurelius, In Evangelium Ioannis Tractatus centum viginti quatuor (https://fragmentarium.ms/view/page/F-xxaj/9127/70506)